



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

LXII. De clericis inter epulas cantantibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

ANNO
CHRISTI
398.

LXI.

Clericum per creaturas iurantem, acerrime
obiurgandum. Si perstiterit in vitio, excommuni-
candum. 22. qu. 1.
Clericum
per crea.

LXII.

Clericum inter epulas cantantem, supradictæ
sententiæ seueritate coercendum. Ibidem.

LXIII.

Clericum, qui tempore ieiunii absque ineui-
tabili necessitate ieiunium rumpit, minorem ha-
bendum.

LXIV.

^k Qui Dominico die studiose ieiunat, non cre-
datur catholicus. 26. qu. 7.
Sacerdos
pœnitent.

LXV.

Paschæ solennitas vno die & tempore cele-
branda. De consecr.
dist. 3. Pas-
chæ so.

LXVI.

Clericus, qui episcopi circa se distractionem
iniustam putat, recurrat ad Synodum. 11. q. 3. Cle-
qui.

LXVII.

Seditionarios nunquam ordinandos clericos,
sicut nec vsurarios, nec iniuriarum suarum vltores. Dist. 46.
Sed.

LXVIII.

Ex pœnitentibus (quamuis sit bonus) clericus
non ordinetur. Si per ignorantiam episcopi fa-
ctum fuerit, deponatur a clero, quia se ordina-
tionis tempore non prodidit fuisse pœnitentem.
Si autem sciens episcopus ordinauerit talem, etiam
ab episcopatus sui ordinandi dumtaxat potestate
priuetur. Dist. 50.
Ex pœni-
ten.

Concil. Tom. 3.

Zzz